

Ad modum CESARE.

1. *Quicquid non est animal, non est homo.*

Petrus est homo:

E. Petrus non est animal.

Resp. Conclusio non rectè infertur, sed sic debet inferri: *E. Petrus non est is, qui non est animal.*

Ad CAMESTRES.

1. *Qui non credunt, damnantur:*

Pii non damnantur:

E. Pii non credunt.

Resp. Conclusio sic debet inferri: *E. Pii non sunt ii, qui non credunt.*

2. *Homo est solus animal rationale:*

Jobannes non est solus animal rationale:

E. Jobannes non est homo.

Resp. Breviter respondent pleriq;, qvod major non sit universalis.

3. *Generatio est mutatio à non esse ad esse:*

Divina generatio non est mutatio à non esse ad esse:

E. Divina generatione non est generatio.

Resp. Distinguendum est inter generationem naturalem & supernaturalem. Major valet